

15 Accusanti, ut fiat per modum accusationis sine exultatione.

16 Patere parata, videlicet cum animo poenitentiam implendi, & confessorii consilii standi.

3096 Ex his conditionibus solae tres sunt necessariae ad Sacramenti valorem, nempe fidelitas, integritas, & dolor: *vid. numer. 3090. & 3050.*

## E X A M E N.

3097 **P**ro integritate materiali est necesse, ut praemittatur examen sufficiens. Diligentia in examine non debet esse summa, & scrupulosa, sed mediocris, & humana, quam vir prudens in arduis negotiis adhibet, etiam si putet majorem & nova diligentia se plura reperituros, *Scotus in 4. d. 17. qu. un. litt. M. dist. 9. qu. un. litt. B.*

3098 Ad tollendos scrupulos notanda est doctrina Sancii in *sclectis dist. 41. no. 18. quod post medicamentum istam diligentiam adhibitam, in conscientia examine non tenetur quis (etiamsi non sit scrupulosus, sed expertus) ulterius de ante acta vita cogitare, & si aliquid occurrat, quod putet non fuisse in confessione explicatum, potest sibi persuadere, cum ceteris id memoratum fuisse. Hanc doctrinam communiter famosam, & celeberrimam vocat Doctores, praesertim Diana *par. 3. tr. 4. resol. 107. Volpi resol. 146. numer. 11. Sā, Busem.**

3099 Hanc autem doctrinam Sancii amplector loquendo de confessionibus antiquis, & in vita praeterita actis, atque etiam in confessionibus generalibus; quia alias utique gravis perturbatio, & confusio mentis posset oriri, quam Deus non vult; minime in confessionibus ordinariis, & regulariter; licet enim possit dici tam diligentiam non sit de antea vita cogitandum, & regulariter tamen loquendo, si aliquid peccatum occurrat, quod quis prudenter, & non scrupulose dubitat non esse confessum, & maxime, quod certo scit se non esse confessum, tenetur illud confiteri, quia hoc secundum est certo cognitum aut oblitum, & nos tenemur in confessione sequenti exprimere peccata ob quamcumque causam oblitam; quia cum fuerit absoluta indirecte, sunt subiicienda clavisibus directe. In dubio autem de confessionibus antiquis, aut generalibus, potest quis prudenter probabiliter iudicare, de illis esse confessum, quia longa distantia temporis, aut multitudo illa materiae non permittit distinctam memoriam. Hac adhibita limitatione, laude digna est Sancii doctrina: *vid. in pag. 2. prop. 11. ab Alex. VII. damn.*

3100 Praefata autem diligentia non debet esse eadem in omnibus, sed major, vel minor, considerata distantia inter unam, & aliam confessionem, & poenitentis conditione, nempe ejus intelligentia, & conscientia; nam longe minor requiritur in personis timoratis, & qui frequenter confitentur, ut Sacerdotes; hi namque ipsi oculi intellectivi supra diem praeteritam, facillime peccata, si quae sunt, reperiunt. Et timorati, si in aliquid mortale ceciderint, haud melius quam ejus recordantur, quia ab eo tunc, quo peccant, solet eos mordere, & affligere conscientia peccati.

3101 In examine magna uti debet Confessorius prudentia; si enim ipse sit doctus, & ad eum accedat pro confessione poenitentis rudis sine sufficienti examine, melius est illum interrogare, & juvare, ut numerum, & speciem peccatorum declaret, quam dimittere ut diligentius se examinet; quia verisimiliter creditur illi fore minus utile, & melius peccata declaraturum medicis Confessarii interrogationibus, quam si ipse per se conscientiam discerneret.

3102 Idem sepe contingeret potest in confessionibus plurium annorum, si poenitens, vitis deditus, nesciat quo se vertere, & unde incipere.

3103 Non tenetur quis cujusvis memoriae peccata scribere, ne memoria excidant; quia praecipuum est de aperiendis peccatis, quae sunt in memoria.

3104 Viri docti interrogari non solent, quia prudenter creditur eos reperire, quidquid oportet.

## INTEGRITAS CONFESSIONIS

3105 **E**st duplex, materialis, & formalis. *Materialis* habetur, quando poenitens omnia peccata mortalia secundum speciem, & numerum, prout memoriae occurrunt, confitetur, ita ut nullum eorum remaneat aperiendum: *v. n. 3142. Formalis* est, quando poenitens omnia peccata mortalia, prout memoriae occurrunt, confitetur, quantum hic & nunc potest, ac tenetur, licet aliquid ex necessitate aut impedimento omittatur, cum voluntate illud posse aperiendi, necessitate, aut impedimento cessante. Sepe quis ab integritate materiali exultat: *ut infra n. 3113. nunquam vero ab integritate formali: ut in n. 3070. v. no. 3. pag. 642. n. 279. ad 292.*

3106 Si quis habens mortalia, & venialia, prius confiteatur uni mortalia, postea alteri, apud quem bonam opinionem conservavit, nimia verecundia auctus confiteatur venialia, non peccat contra confessionis integritatem, 2

tem, Leander, & Bon. Ardekin in *rom. 2. pag. 227. n. 23.* quia venialia non sunt materia necessaria: Et mortalia respectu posterioris Confessarii, cum supponantur rite confessa, & absoluta à priori, pariter non sunt materia necessaria.

3107 Moribundus, seu in periculo mortis constitutus, qui loquelam amisit, absolute debet absolvi, si nuda, aut signo aliquo confessionem petat, vel dolorem de peccatis ostendat; quia per tale signum dat materiam sufficientem, nempe peccata in genere. Idem dicitur, si ea in absentia Confessarii dederit, & postea ab aliis illi renuncietur.

3108 Si moribundus nullum signum dederit, aut dare possit, non esse absolvendum, tenent Diana *p. 2. tr. 8. ref. 8. tr. 6. ref. 20. Busem.* & alii: quia nulla est data materia, non explicite, nec implicite, per aliquod signum sensibile: Nec Juxta potest dare sententiam reo, nisi accusatio explicita, aut per signa sensibilia praecedat.

Dico tamen esse absolvendum sub conditione, si prius probe, & christiane vixerit, & Sacramenta frequentaverit, Leander *de Poenit. tr. 5. d. 5. q. 46. Tamb. Volpi ref. 149. numer. 17. & quampures alii: 1.* Quia de hujusmodi viro probum in articulo mortis constituto, prudenter dubitari potest, an prius confessionem petierit & non fuerit auditus, aut aliquod signum externum dederit, quod non fuerit visum; imo dubitari potest, an etiam de facto aliquod signum externum det, quod propter ejus virum imbecillitatem non videatur.

2 Quia ad recipienda Sacramenta Eucharistiae, & Extremae unctionis in articulo mortis, sufficit, quod per vitam Christianam, quam quis duxit, implicite ostenderit voluntatem accipiendi in articulo mortis.

3 Quia in dubiis, aut opinionibus circa necessaria ad salutem, tutior pars est amplectenda, ut patet ex *nu. 77.* sed in casu agitur de necessaria ad salutem, & adest dubium, aut opinio pro utraque parte; igitur tutior pars est eligenda, qualis est pars affirmativa, eo maxime, quia omne cessat periculum irreverentiae Sacramenti, & sacrilegii, dum absolutio sub conditione datur.

Ideo hanc opinionem (ut refert Diana *p. 3. cit.*) amplexus est in praxi Clemens VIII. qui videns quendam à fabrica S. Petri cadentem ex remoto loco, statim absolutionem sub conditione dedit, dicens: *Si et capax, ego te absolvo à peccatis tuis.*

3109 Hac occasione Clericatus *c. 123. nu. 4.* talem proponit, qui sequitur.

Quid dicendum, si quis petat Confessio-

nem in articulo mortis, & ibi non adit, nisi Sacerdos mutus; an talis Sacerdos ad eius peccata possit absolvere nutibus, vel scribendo in pagina: *Ego te absolvo?* Resp. Doctores in hoc casu timide consentire, ut sic data absolutio sit forma valida Sacramenti; nam certum est, eam consistere in verbis. Porro stante casu extreme necessitatis, docent, melius esse, ut sic mutus Sacerdos absolvat, quam ut se omnino retrahat; nam sicut moribundus qui supponitur dolere de peccatis, potest absolvi; quamvis signa expressa non dederit, sic videtur non reprobanda talis absolutio, Diana *p. 11. tr. 6. ref. 14. Coton. ubi sup. n. 2. & 3.*

## Q U E R E S,

3110 *An, si quis non possit peccatum aliquod mortale, aut circumstantiam confiteri, sine manifestatione complicitis; possit, aut debeat illud tacere non alio imminente damno, nisi sola notitia & infamia apud Confessarium?*

**A**ffirmant; quod aliis peccatis confitens, debeat illud tacere, cum proposito illud polita aperiendi, capta opportunitate alterius Confessarii; Diana *cap. 1. tr. 7. ref. 49. Volpi ref. 150. n. 7.* & alii plures; quia praecipuum de servanda fama proximi, cum sit juris divini naturalis, fundatum in illo principio: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris:* magis urget, quam praecipuum de integritate materiali confessionis, cum sit juris divini positivi.

3111 Respondeo negative, nimirum poenitentem non debere illud peccatum tacere, sed confiteri, si alius Confessarius, qui complicitem ignoret, non adit, & non possit alter peccatum, vel circumstantiam explicare, quin complicitem manifestet, Scotus *4. dist. 21. q. 2. litt. L. D. Bon. D. Thomas, D. Antonius, & D. Bernardus*, quos citat, & sequitur Leander *de poenit. tr. 5. d. 5. q. 61. cum communiori.*

Probarur: Praecipuum Christi de integritate materiali confessionis obligat poenitentem ad manifestanda propria peccata, & subeundam apud Confessarium infamiam propriam, si quae sit; ergo à fortiori obligat ad eadem manifestanda, & subeundam apud Confessarium infamiam complicitis, si quae sit. Sequitur ex disparitate non assignanda; & à fortiori: quia magis quis tenetur ad propriam, quam ad alienam famam servandam; Tum quis peccator, per hoc, quod peccat, cedit jure suo quoad famam apud Confessarium.

3112 Ceterum nullam infamiam adesse ostenditur ad homicidam, ex Diana *p. 3. cit. n. 5.*

et. 5. ref. 33. non infamatum proximum, nec peccat mortaliter, qui adulterium secretum uxoris communicat viro taciturno per modum consultationis, aut iniuriam ab alio sibi illatam ad lenitendum dolorem, ergo non infamatum complicem, quod peccatum, quod proprium peccatum sine manifestatione complicis confiteri non valens, illud communicat Confessario per modum confessionis sacramentalis, & ad vitam animæ obtinendam. Sequitur fortiori, quia amicus ligatur sigillo naturali, Confessarius sacramentali: v. n. 2750. & 2759.

## DE DIMIDIATIONE CONFESSIONIS.

3113 **U**rgente gravi necessitate, potest licite dimidiari Confessio, tam à Sacerdote in ordine ad celebrandum, quam à laico in ordine ad communicandum, ob rationem de n. 284. in 20. 3. Hæc autem necessitas, seu causa ab integritate materiali excusans, non debet esse quævis, ob rationem de n. 285. ad 289. tom. 3. fed sola impetoria physica, aut moralis, ita ut ex una parte urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi, & ex alia adit impotentia confitendi.

## IMPOTENTIA PHYSICA.

3114 **H**abetur. 1. Si imminet periculum mortis, & patiens non habeat tempus confitendi omnia. 2. Si imminet multum moribundorum, ut tempore pestis, naufragii, subiti prelii, incendi, &c. Imo his casibus possunt omnes simul dicto uno peccato, quod minus infamatum, vel secundum alios (si aliter fieri non possit) dicendo in genere, *se esse peccatores*, absolvi per hæc verba: *Ego vos absolvo, &c.* 3. Si infirmus nimis fatigetur in dicendis peccatis, hic potest dimidiare, & in posterum relinquere, & est absolvendus, ne morte præventus, sine absolutione decedat.

3115 Vir ignoti idiomatis non habens copiam Confessarii, qui illum intelligat, potest dimidiare confessionem, non solum instante præcepto Divino, sed etiam Ecclesiastico; quia in eo casu facit, quod moraliter potest. Idem dic de mutuo, aut vade habuientis lingue, qui signis confitetur, quomodo possunt. Ita Leander de Sac. Pœnit. q. 56. Diana pag. 3. in 4. ref. 121. v. n. 2912.

## IMPOTENTIA MORALIS.

3116 **H**abetur, quando non leviter, sed prudenter timetur grave damnum corporale, vel spirituale, proprium, vel alienum, ut in tom. 3. pag. 642. n. 284. 289.

3117 In his casibus licita est dimidiatio

confessionis non solum in articulo mortis, & quando obligat præceptum divinum, aut Ecclesiasticum confitendi; sed etiam quando non obligat, si non brevi, sed longo tempore esset differenda confessio, quia diu privati fructu hujus Sacramenti, est notabile damnum. Ita Leander, Diana, & alii.

3118 Circa peccata, quæ tacet, non requiritur contritio, sed sufficit attritio, & propositum confitendi illa, cessante periculo, vel impotentia, quia per Sacramentum jam ab illis indirecte absolvitur: v. tom. 3. pag. 643. n. 288.

3119 Non licet dimidiare confessionem ratione magni concursus penitentium, & sic dimidiare confessos absolvere; quia qui habet necessitatem Confessionis valde longam, potest, & debet ad aliam diem expeditorem remitti. Tum quia id cederet in scandalum, & animarum perniciem; nam perditii possent diem magni concursus eligere, ut sic dimidiata confiterentur, & absolventur, quando materia expolceret specialem Confessarii curam, & medicinam, quam ob penitentium multitudinem adhibere non valet.

3120 Si autem occurrat necessitas confessionis adeo longæ, ut tunc perfici non possit, & ex alia parte non possit ille sine scandalo, damno, aut infamia, Missam, seu Communionem omittere; tunc potest ille cum sola contritione, & voto confessionis celebrare, aut communicare; vel si prudenter timet contritionem sibi difficilem, potest attritus confiteri dimidiata, Diana p. 5. re. 3. ref. 75. re. 13. ref. 53. Similiter quando Parochus deferens Eucharistiam ad infirmum, audiens brevem reconciliationem, advertit eum, teneri ad longam Confessionem, quam sine scandalo & infamia tunc profecti non potest, potest dimidiare confessum absolvere, communicare, & redire ad Confessionem; v. in pag. 6. prop. 59. ab Innoc. XI. dam.

## C A S U S.

3121 **S**acerdos, aut laicus habens cum non reservatis casum reservatum, si urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi, & solum adesset Confessarius valens à non reservatis absolvere, probabilis mihi est, quod debeat confiteri inferiori, tam non reservata, quam reservata, quia præceptum de præmittenda Confessione obligat ad integram, nedum formaliter, sed etiam materialiter; à qua integritate materiali solum excusat necessitas cadens supra ipsam dimidiationem, non supra celebrationem, ut est in casu; damnum nanque, aut infamia non fit meretur ex Confessione reservati, sed ex omissione celebrationis. Et sic absolvitur ab omnibus.

bus peccatis, directe à non reservatis, indirecte à reservato, & non dimidiatur Confessio, Volpi ref. 62. n. 11. v. n. 3358.

3122 Peccatum dicitur directe absolvi, quatenus aperitur Confessario habenti legitimam potestatem in illud, qui proinde illud directe absolvi: *Indirecte*, quatenus absolvit ratione concomitantæ cum peccato directe absoluto, quod dupliciter contingere potest.

1. In peccatis oblitis, quæ, quando quis confitetur, dicuntur absolvi indirecte, ex vi absolutionis directe datæ supra peccata confessa, in quantum non potest remitti unum peccatum sine alio, sed gratia omnes expellit.

2. Quando quis urgente necessitate celebrandi, aut communicandi, confitetur Confessario inferiori plura peccata, quorum alia sunt reservata, alia non reservata; tunc à reservatis absolvitur, non directe, quia ea non cadunt sub potestate Confessarii; sed indirecte: ex vi absolutionis directe datæ supra non reservata, cum onere, ut postea accedat ad Superiorem, aut Confessarium, ut ab eo absolvatur à reservatis directe; cui solum sufficit, ut confiteatur ipsa reservata, minime alia, quia ab aliis jam fuit directe absolutus.

3123 Si autem casus sit annexa excommunicatio reservata, tunc Confessarius inferior potest penitentem absolvere directe à peccatis non reservatis, & indirecte à reservatis: at non potest absolvere à censura reservata; absolutio enim à censuris est distincta ab absolutione à peccatis, unde ille à peccatis absolutus, remanet censura ligatus: quo non obstante, potest confiteri ut supra cum inferiori, & inde à peccatis absolutus licite celebrare, aut communicare, Diana p. 2. re. 4. ref. 104. p. 5. re. 12. ref. 10. quia iste est recte dispositus; nam absolutio à peccatis, & intuitu gratiæ potest per accidens haberi remanente censura, quoniam gratia non est incompossibilis cum censura: qui casus contingit, si penitens oblitus censure reservatæ confiteatur, & à Confessario inferiori censure inscio, aut ignaro absolvatur: ita pariter evenit scienter in casu urgentis necessitatis celebrandi, aut communicandi; quia præceptum Ecclesiasticum censuram imponens non obligat cum tanto detrimento.

3124 Debet tamen Confessarius in casu necessitatis penitentem censuram reservatam ligatum à peccatis absolvens, curare, ut antequam absolvatur, præmittat promissionem de comparando eorum Superiore per se, aut per alium quamprimum potest, de stando mandatis Ecclesiæ, & de satisfacienda parte, si censura est ob casum, quo fuit ligatus partis; quod si postea ex sua culpa non se præsentet, aut compareat,

tunc nova necessitate celebrandi, aut communicandi urgente, major cautio est exigenda, puta juramentum; & si pertinax sit in non comparando, est ei neganda absolutio, ut aliis, quorum emendatio desperatur, Diana p. 5. cit.

3125 Denique, si Sacerdos celebraturus, & laicus communicaturus habet solum casum reservatum, tunc necesse est, ut sibi consulat, & evadat in gratia per contritionem, & sic communicet, aut celebret, Confessione non præmissa, quia tale reservatum nullo modo potest absolvi à Confessario inferiori; non directe, quia non cadit sub potestate legitima Confessarii; nec indirecte, quia non supponitur aliud peccatum non reservatum ex vi absolutionis, ejus per concomitantiam absolvatur, Volpi cit. v. n. 3360.

3126 Idem etiam veit dicendum extra casum necessitatis communicandi, si Confessarius ignarus penitentem de casu reservato, quem esse reservatum ignorat, legitime facultate absolvat; tunc nanque, si penitens non subjicit Confessario inferiori nisi peccatum reservatum, non remanet in re absolutus ex defectu jurisdictionis Confessarii, licet bona fides eum à sacrilegio excuset, si communicet: si vero una cum reservato subjicit Confessario aliud peccatum non reservatum, tunc quidem remanet ab omnibus absolutus, directe à non reservato, indirecte à reservato, cum onere tamen accedendi ad Superiorem pro reverentia, supereminente notitia, quod Confessarius prior non habebat facultatem super illo.

## DE CIRCUMSTANTIIS PECCATORUM.

3127 **C**ircumstantia est accidens alius humanæ adjectivæ. Circumstantia sunt septem.

*Quis, Quid, Ubi, Quibus auxiliis, Cur, Quando.*

Quæ sunt necessario in Confessione aperienda, si mutant speciem.

## Q U I S

3128 **S**ignificat qualitatem peccantis, v. g. in peccato fornicationis, an sit conjugatus, veto castitatis ligatus, &c.

3129 Religiosus professus non tenetur exprimerè circumstantiam Religiosi, sed voti, etiam si sit Sacerdos; quia sola virtus castitatis, & Religio, tam à statu Religioso, quam ab utroque veto intenditur. Nec explicare tenetur circumstantiam voti solemnis, quia votum solemnè, & simplex, non variant speciem, sed differunt accidentaliter secundum ma-

magis, & minus. Pariter mulier habens rem cum Religioso Sacerdote, sufficit, si dicat: *Habui rem cum habente votum castitatis*, Diana p. 3. n. 4. ref. 67.

3130 Conjugatus habens rem cum conjugata, tenetur utriusque statum exprimere; quia habetur in eo alio duplex malitia, & iniustitia, quae licet sit ejusdem speciei, & contra eandem virtutem, est tamen explicanda, ut explicetur peccatum in individuo; quod factum est, quod alias non explicaretur. Tum quia frangere fidem, & cooperari, ut alter frangat fidem, sunt diversae speciei. Item dicitur si uterque sit ligatus voto castitatis: v. num. 2147. & 552.

Subditus injuria afficiens, aut percussus Superiorem, non sufficit, si dicat se percussisse, &c. Religiosum, sed debet circumstantiam Superioris aperire; quia addit malitiam specialem contra observantiam Superiori debitam.

Si quis haberet rem cum muliere dormiente, debet circumstantiam aperire; quia inferret injuriam, nam dormiens est quasi invitata: v. n. 2145.

3121 Prælati, seu Superior non tenetur in peccato fornicationis, aut alio peccato hominis, circumstantiam praelationis exprimere; nisi peccet cum publicitate, & scandalo; quia talis circumstantia non mutat speciem: ex ceptis peccata Superioris, quae scilicet ejus concernunt officium.

3122 Frigidus, & Eunuchus, si fornicetur, aperire tenetur circumstantiam impotentiae generandi: quia mutat speciem contra naturam; nam ejus caret fine, ad quem est à natura ordinata, Diana p. 3. n. 4. ref. 129.

3123 Religiosus habens votum solemne castitatis, si faciat votum se non polluendi, & se polluat, non tenetur exprimere hoc votum, Leander; quia utriusque votum eandem virtutem intendit; imo secundum non est distinctum, sed confirmatio primi.

#### Q U I D

3134 Circumstantiam se tenentem ex parte materiae, & objecti peccati, v. gr. in furto, an calix sit consecratus: in percussione, an percussor sit Clericus, Pater, Mater, Superior.

3135 Qui plura vota de diversis materiis ex se non præcepit emitte, illa omnia violans, sufficit, si dicat: *hor vota per me vices fregi*; quia omnia sunt ejusdem speciei. Si vero sint de materiis ex se præceptis, tenetur illa exprimere, v. gr. fregi votum castitatis, non furandi, &c. Item dicitur, si jejunium illius diei, ad quod tenetur ex voto, aut præcepto, fuisset injunctum

pro penitentia sacramentali; tunc nanque illud frangens debet exprimere votum, præceptum, & onus satisfactionis sacramentalis, ob malitiam speciei distinctas, quas inde contraheret aclus, ut infra dicemus de distinctione specifica, & numerica, & v. 2193.

3136 Secus est dicendum; si aclus sit contra plura præcepta, aut contra votum plures emisit. Unde si quis omittat Sacrum die Dominico, quo occurrit festum Sancti, sufficit, si dicat se omisisse Sacrum die festo; idem dicitur de voto replicato, quia præcepta, & respective vota sunt ejusdem rationis, ac proinde aclus non desumit ex illis malitiam speciei distinctam, juxta dicta in loc. cit. v. n. 1850.

#### U B I

3137 **L**ocum peccati, v. gr. pollutio in Ecclesia: v. n. 556. ad 576. *Quibus auxiliis*, personam, qua usus est pro medio ad parandum peccatum, v. gr. si ad provocandam mulierem usus est alia muliere, quod addit malitiam scandalii contra charitatem: v. n. 328. ad 330. *Cor*, si nempe peccatis, v. gr. si quis furatur pecuniam ad fornicandum, quando illa consistit. *Quando*, tempus, v. gr. si Confessarius tractabat in honesta cum muliere, quando illa consistebat.

3138 Circumstantiae, aliae sunt mutantes speciem, quae scilicet faciunt peccatum opponi ad virtutes, seu honestas speciei distinctas, ac proinde constituunt peccatum sub specie distincta, ut in allatis exemplis, & de quibus fuit facta est mentio in propriis materiis, praesertim in 6. præc. dec.

3139 Aliae sunt aggravantes in infinitum, quae scilicet materiam venialem transferunt in mortalem, ut mendacium cum gravi damno proximi; quae dicuntur aggravantes in infinitum, quia quasi infinite mortale in gravitate distat à veniali; & hæc sunt necessario aperiendae.

3140 Aliae sunt aggravantes, vel minuentes intra eandem speciem, quae peccatum ad aliam speciem non transferunt, sed intra eandem speciem augent, vel minuunt. Et istae, aliae sunt parum aggravantes, quas certum est non esse necessario aperiendas; aliae sunt notabiliter aggravantes, quae scilicet faciunt unum peccatum mortale pluribus mortalibus intra eandem speciem in gravitate aequivalere: ut est furtum mille aureorum, respectu furti viginti aureorum. De his est

#### DIFFICULTAS,

3141 **A**n sit necessario in Confessione aperienda?

Prima opinio tenet, circumstantias notabiliter aggravantes, per se non esse necessario aperiendas, sed aliquando per accidens, si peccatum propter talem circumstantiam habeat annexam confusam, vel reservationem, Diana p. 2. n. 7. ref. 1. par. 3. n. 4. ref. 55. p. 5. n. 1. 4. ref. 56. Leander de penit. tr. 5. disp. 83. q. 4. Lugob. Tolucis, Ardekin in to. 2. pag. 227. n. 16. Matti. disp. 21. q. 7. n. 174. cum aliis tere 60. Doctores apud Diana, & Leandrum.

3142 Ratio est, quia Conc. Trid. sess. 14. c. 4. & Can. 7. enumerans ea, quae in confessione sunt de necessitate exprimenda, nullam mentionem facit de circumstantiis notabiliter aggravantibus; sed obligationem restringit ad numerum peccatorum, & ad circumstantias mutantes speciem: in doctrinalibus autem, quando ea recensentur, quae necessaria sunt, si alia praetermittantur, eo ipso virtualiter declarantur non esse necessaria: eo maxime quia Conc. addit haec verba: *Nisi aliud ab Ecclesia à penitentibus exigatur*. Igitur nullum apparet præceptum, & nulla obligatio circumstantias notabiliter aggravantes aperiendi.

Tum quia opinio affirmativa est scrupulorum fomentum; valde enim perturbaretur conscientia, & valde durum esset, si tenetur discernere, in qua quantitate circumstantia est notabiliter aggravans, & in qua non: quoniam non est major ratio, cur in furto quantitas mille aureorum sit notabiliter aggravans respectu furti viginti aureorum, & non sic furtum viginti aureorum respectu furti unius auri; sicut enim primum furtum est in quantitate aequivalente pluribus mortalibus, ita secundum.

Nec id requiritur, ut sit regula Confessario in danda medicina, ut obliget ad restitutionem; quia Confessarius per hoc praecise, quod audiat furtum esse mortale, obligat penitentem ad restitutionem.

Unde concludunt, eum, qui furatus est, v. gr. mille, sufficere, si dicat: *Commissi furtum mortale*.

3143 Secunda opinio, cui adhaereo, affirmat esse necessario aperiendas. Scotus in 4. disp. 17. q. 2. de 2. art. 1. N. his verbis: *Nec solum peccata, sed circumstantias peccatorum notabiliter aggravantes includi debent in præcepto*; qui non potest explicari de circumstantiis mutantibus speciem tantum; nam exemplum affert de perseverantia, & diuturnitate peccati, quae

quidem non mutat speciem, sed solum aggravat. Cajet. Sotus, Victoria, Ledesma, Joann. la Cruz, & alii. Ratio est; quia multoties sunt circumstantiae tales, quae intra eandem speciem ita aggravant peccatum, ut iudicio prudentis majorem malitiam afferant, quam si adderetur circumstantia mutans speciem; igitur si circumstantia mutans speciem est necessario aperienda, ita circumstantia praefato modo aggravans, quae proinde dicitur notabiliter aggravans.

3144 Circumstantia igitur notabiliter aggravans non est illa, quae solum facit unum mortale pluribus intra eandem speciem aequivalere; alioquin, qui fornicatur, non tantum debet explicare copulam, sed etiam oscula, & tactus impudicos antecedentes, concomitantes, & consequentes, proxime peccato principali, ad quod ordinantur, connexa: quod secundum communem est falsum. *Sed est illa; quae ita intra eandem speciem peccatum aggravat ut iudicio prudentis majorem malitiam afferat, quam si adderetur circumstantia mutans speciem*.

3145 Haec ratio est circumstantia notabiliter aggravans. 1. In furto quantitas mille aureorum respectu viginti. 2. Excessiva diuturnitas, v. gr. perdurare in odio, & voluntate occidendi inimicum plus quam per tres menses, de qua perseverantia exemplificat Scotus cit. v. tom. 3. n. 366. 3. Talis est (per plures, qui tenent) gradus consanguinitatis non differre specie) circumstantia copulae cum matre, aut patre. 4. Talis respectu homicidii facti per scilopetum, est occisio hominis patratæ excessiva færitas, v. gr. cum obrutione nasi, linguae, manuum, &c. Quem casus (si non sit færa) non horret notabiliter tam excessiva crudelitas, ut certo non iudicet hanc esse circumstantiam majorem gravitatem homicidii afferentem, quam sit alia circumstantia mutans speciem, puta quam si occisio per scilopetum esset facta ad fornicandum?

Hæc quidem, & similes circumstantiae notabiliter aggravantes, sunt necessario aperiendae Confessario tam ut medico, quam ut iudici, quia validiori indigent medicina, quae curentur, & majori satisfactione, quae purgentur, exemplo desumpto ex morbo, & delicto physico.

Neque hæc sententia est scrupulorum fomentum; si penitens probum & doctum Confessarium consulat: & si hæc tenetur regula, quod in dubio, an circumstantia sit notabiliter aggravans, confatur non esse notabiliter aggravantem; quia nemo est spoliandus libertate ob obligationem dubiam: vide numer. 41.

De circumstantiis plura alia dicta sunt in propriis materiis.

### CONFESSIO ABSENTIS.

3146 **N**on potest quis, nec licite, nec valide confiteri absenti per litteras, aut nuncium, & ab eo absolvi, etiam si repariatur in articulo mortis, aut impotens ad accedendum ad illum, quia v. g. detinetur in carcere, ita Scotus in 4. dist. 17. q. 10. lit. Z. quia Sacramenta expolent subiectum praesens. Constat ex ipsa forma absolutionis, *Ego te absolvo*, quae non verificantur de subiecto absente; nam pronomen demonstrativum *Te* significat subiectum praesens, ut dictum est pariter de praesentia materiae in Sacramento Eucharistiae, n. 2953. & 2954.

3147 Nec obstat, quod matrimonium celebratur inter absentes per procuratores; quia contractus matrimonii [ut bene advertit la Cruz] in quo fundatur ratio Sacramenti, non est immutatus à Christo in ratione contractus, sed elevatus in lege gratiae in ratione Sacramenti; ac proinde, quando salvatur in ratione contractus, sicut salvatur inter absentes, salvatur etiam in ratione Sacramenti: non sic Sacramentum Penitentiae, quod in ratione Sacramenti fuit à Christo institutum, ut requirat praesentiam subiecti; ut ex eius forma liquet.

Tum quia talis modus confitendi absenti per litteras, aut nuncium, est expositus gravissimis periculis, revelationis Confessionis scandalis, & aliorum damni; quia ut ait Scotus cit. ex materia sua est periculosus: quod cedit in grave praedudicium ipsius Sacramenti.

Hinc Clemens VIII. anno 1602. contrariam assertionem damnavit ad minus ut falsam, temerariam, & scandalosam, eamque sub excommunicatione doceri, aut in praxim deduci prohibuit.

3148 Eadem ratione invalida esset absolutio, si Confessarius praesentem audiret, & postea per litteras eum absentem absolveret.

3149 Ardekin in som. 2. pag. 232. addit, quod si aliquis per litteras, aut nuncium Sacerdoti absenti confessus fuisset, & postea ad illum in articulo mortis accurreret, & praesentem sine alio Confessione absolveret, valide, & licite absolveret, si tamen alii resisterent, aliquem moribundum, Sacerdote absente, dedit se contrarium signa, aut Confessionem petisse, tunc Sacerdos superveniens illum; non sensibus desitutum absolvere. Et Clemens VIII. non simpliciter absenti Confessionem, sed simul eisdem absenti absolutionem damnavit. Ita ille, qui addit, Clementem VIII. super hoc casu consultum, sic respondisse.

3150 Idem docet Mastrius dist. 21. q. 7. num. 176. in casu necessitatis, non extra, maxime, si infirmus Sacerdoti, cui peccata scripsit, accurrenti dicat: *Me accuso de omnibus peccatis, quae scripsi*.

3151 Praesentia penitentis non est necesse, quod sit omnino physica, ita ut penitens sit ante pedes Confessarii; sed sufficit moralis, quatenus statim discessit, est in eodem Templo, ad prospectum Confessarii, à quo parum distat: Et sic, si Confessarius aliquem defectum substantialem circa formam commisit, & penitens discessit, vel discessit antequam Confessarius perficeret formam, & admiratio esset adstantibus eum revocare, posset illum sic moraliter praesentem absolvere. Sed hoc gratis dicitur.

3152 Absolutio à censuris potest dari absenti, quia potest dari extra Sacramentum, nisi Superior facultatem absolvendi committat cum clausula in Confessione Sacramentali, Clericatus c. 123. n. 14. v. n. 3215.

### CONFESSIO IN SCRIPTIS.

3153 **N**emo, etiam si sit impotens confiteri ore, ut mutus &c. tenetur confiteri in scriptis, aut per interpretem, quia Confessio fuit à Christo instituta secreta, & hic modus confitendi est ex natura sua parulus, Scotus in 4. d. 17. q. 10. lit. T. & Diana p. 5. tr. 6. res. 4. Affirmat de impotenti confiteri ore, si possit scripto, Leander de Pan. tr. 5. dist. 6. q. 17. Difficultas autem est, an fieri possit in scriptis.

3154 Et quidem in casu necessitatis, ipso quia sit impotens confiteri, v. g. quia mutus, ignota lingua &c. confiteri potest per mutos, interpretem, aut scriptum, dummodo Confessarius absolvendo sit praesens; quia, quod Confessio sit secreta, & vocalis, non est de essentia Confessionis, sed modus sacramentalis, adeoque in casu necessitatis potest esse publica: ut in n. 3114. habetur ex Trident. sess. 14. c. 5.

3155 Extra casum necessitatis absolute affirmat Leander de Panit. tr. dist. 6. q. 14. & 25. quod, si quis Sacerdoti praesenti tradat in scripto suam Confessionem tacite legendam, & immediate ante, aut post dicat: *De his omnibus peccatis in scriptis me accuso*, valida, & licita sit Confessio, quia implet praecipuum Confessionis vocalis, dum voce fateretur peccata ibi scripta esse sua, & cum aliunde de illis habeat dolorem, ponit, quod requiritur ad Confessionis integritatem.

3156 Ardekin in som. 2. pag. 232. & Moya hanc

hanc opinionem sequuntur in casu verecundiae valde magis.

3157 Dico tamen, extra casum necessitatis Confessionem in scripto factam Confessario praesenti esse graviter illicitam, & inde invalidam, Mastrius dist. 32. q. 7. n. 168. Faber, Brancatus, & alii discutiunt, quia Confessio vocalis est de praecipuo divino: constat ex. *Quem penitet de Panit. dist. 1. Praecipit enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali praesentia confitebunda peccata, non per nuntium, nec per scriptum manifestanda: dixit enim: Ora monistrate: erubescencia enim vultu timore offensus fit venia criminis*: hinc ut insinuat Scot. cit. lit. Z. erubescencia non excusat, sed sola impotentia, quoniam erubescencia est à Christo intenta, & inde est magna pars penitentiae.

Tum quia opinio affirmativa potest esse scandalum, & occasio, ut confessio vocalis haud amplius, aut parum, praesertim à puellis asfiteretur, quia cum non possit faciliter discerni, quanta verecundia requiratur, quilibet puella posset asfiteri, & excelsentem suam verecundiam esse magnam, & excellentem, ac proinde à confessione vocali excusari.

3158 A fortiori nec est licita, nec valida confessio, si quis Sacerdoti, qui fuit peccato praesens, dicat: *Me accuso de peccato illo, quod tu scis me heri commississe*; quia haec notitia non est sacramentalis, nec fuit ordinata ad Sacramentum, sed est extrajudicialis. Scotus in 4. d. 16. q. 1. lit. E.

3159 Confessarius autem nullo pacto potest dare absolutionem in scriptis, sed debet eam voce proferre: v. n. 3109.

### CONFESSIO DE SOLIS CONFESSIS.

3160 **C**onfessio de solis mortalibus alias confessio est valida, & fructuosa; quia habet augmentum gratiae: *Valida*, quia habet omnes partes; peccata enim confessa considerari possunt ut remissa, & ut commissa; unde absolutio cadit supra illa ut commissa, quo pacto sunt materia sufficientes. Insuper subsunt novae materiae proximae, nempe novae contritioni, Confessioni, & satisfactioni; requiritur enim novus dolor.

### CONFESSIO REITERANDA EST

3161 **O**portet est invalida; quod ex duplici capite contingere potest. 1. Ex parte penitentis. 2. Ex parte Confessarii.

### EX PARTE PENITENTIS.

3162 **E**t invalida, & reiteranda confessio, si 1. Facta sine dolore, aut cum defectu alterius partis essentialis. Nec ad hoc ignorantia excusatur; quia est defectus partis essentialis, nempe materiae proximae. 2. In qua quis voluntarie aliquod mortale omisit. 3. In qua

Examen Ecclesiast.

quis accedit cum voluntate peccandi mortaliter; quia tunc non est dispositus, non enim habet verum dolorem, & propositum te emendandi: talis est qui in occasione proxima peccandi reperitur, quam relinquire potest, & non vult.

3163 In casibus, in quibus quis, dum confitetur, peccat, seu indispositus ad Sacramentum accedit, facillimum committit.

3164 Rudis, qui sine certo numero, sed grosso modo mortalia indocto Confessario confessus est, non tenetur, detecto errore, confessiones reiterare, Leander hic tr. 5. dist. 6. q. 71. Diana p. 3. tr. 4. res. 89. quia fuerunt validae, & fructuosae, quoniam peccata fuerunt directe absoluta; non est autem obligatio iterum subijcendi clavibus peccata semel directe absoluta.

3165 Hinc Diana in sum verb. Confessarius quoad Examen n. 38. ait: *Caveat, ne penitentes perturbet circa validitatem praesentiarum confessionum. Nam, si interrogando illos de numero, respondent, se nunquam numerum expressisse, cum ad bona fide fecerint, relinquendus in bona fide, ut Marchantius: nisi aliquod essentialis omisisset confiteri: nam confessiones aliquoquin non integre materialiter possunt esse integre formaliter ratione bonae fidei.* Et sic sufficienter.

3166 Non sunt reiterandae confessiones bona fide factae post confessionem invalidam, quia jam fuerunt validae, & fructuosae ratione bonae fidei; sed solum est reiteranda illa, in qua fuit defectus, postquam memorie occurrerit. Hinc qui culpabiliter mortale tacuit, & postea in aliis confessionibus est oblitus illius sacrilegii, quando tandem eius recordatur, non tenetur ad haec repetendas.

### NOTA CELEBREM DOCTRINAM.

3167 **Q**uando reiteratur confessio invalida cum Sacerdote, qui priorem illam confessionem non audivit, necesse est omnem mortalia districte & in particulari repetere, exprimens peccatum, quod tacuit, & sacrilegium, quod fecit. Quando vero Confessarius est idem, etiam si non recorderet peccatorum, nec districte, nec confuse, nec penitentiae impositae, sed solum, quod sibi confessus fuerit, tunc sufficit dicere defectum commissum, nempe peccatum, quod tacuit, sacrilegium, quod fecit, & peccata nova, si sint: de ceteris vero, alias à Confessario auditis, de accusare in generali. Item accuso me de omnibus peccatis, quia in priori confessione invalida tibi aperui. Quia in priori confessione penitens, licet invalide, vere districte ea declaravit, & Confessarius penitentiam

impofuit. Ita Leander. *tr. 5. disp. 5. q. 91.* Dian. *p. 5. tr. 14. ref. 51.* D. Antoninus, Lugo. & alii.  
 3168 Dico tamen melius cum D. Thoma, repetenda eise peccata diftincte, & in particulari; nili Confefarius eorum recorderet faltem in confufo, aut faltem nili recorderet in confufo, & in communi ftatus, ac vite penitentis, quam tunc dicebat, ac penitentia à fe impofita, Matheus *disp. 21. q. 8. u. 198.* Bonac. Navar. & alii; quia licet non recorderet, non potest Confefarius recte fungi fuo munere in medicina, & penitentia imponenda, bene vero fi pizfato modo recorderet.

3169 Hinc prax 3 est, ut Confefarius, fi penitenti fibi confefio abfolutionem differat ad plures dies, vel quia confefio eft longa, & non potest edidit die perfici, vel quia penitens eft indifpofitus; tunc accedente termino dilationis, licet non recorderet peccatorum confeforium diftincte, & in fpecie, fed folum in confufo, non exigit, ut confefio repetatur. fed ut dolor eliciatur, & abfolvat; quia penitens iam fatifecit confefionis integritati materiali.

3170 Hic ratione, qui eidem Confefario eft confefus, hoc modo uti poterit in confefionibus repetendis, fi prudenter timeat, aut inveniat eas ex defectu veri doloris, propofiti, aut ex aliquo capite fuiffe invalidas, dicendo: *Accuso me de omnibus illis peccatis, que sibi in aliis confefionibus confefus fum.* Vide quantæ utilitatis fit eandem femper adire Confefarium.

## EX PARTE CONFESSARII

3171 **I**nvalida, & reiteranda confefio eft. 1. Si Confefarius verba abfolutionis fubftantialiter vitaverit, aut intentionem actualem, vel virtutalem abfolvendi non habuerit. 2. Si careat iurifdictione. 3. Si fit excommunicatus vitandus, quatenus eft publice denunciatus, vel notorius percuffor Clerici; quia habet iurifdictionem impediram. Valida autem eft confefio, fi Confefarius excommunicatus vitandus, fit in loco ubi ignoratur, & communi errore non habetur, nec creditur excommunicatus; infuper, fi habeat titulum, quatenus eft Parochus, aut vere approbatus; quia in hoc cafu Ecclefia fupplet iurifdictionem, qua ille caret. Leand. *cir. qu. 78. & 79. com.* Non excufat autem error particularis. Vide fufe *2n. 3256.*

3172 Valida eft, & non iteranda confefio bona fide facta cum Sacerdote valde ignaro, quia ad valorem fufficit notitia de peccato in communi, videlicet, quod penitens hæ-

beat peccatum, facilega tamen, & inde iteranda eft, fi cum eo fcierit, & ex malitia fiat. Leand. *cir. q. 74.* Diana *p. 3. tr. 4. ref. 121.* Quilibet Confefarius approbatus eft confendus idoneus, nili certe confet de oppofito.

3173 Valida, & non iteranda eft confefio facta bona fide cum Confefario, qui obfturdatem, fomnum, aut diftradionem, aliqua immortalia non intellexit fine culpa penitentis, & folum culpa erit in Confefario; quod fi penitens id poftea advertat, fufficit, quod repetat ea, quæ probabiliter iudicat, aut fcit non fuiffe audita.

3174 Si vero nefciat, quod illud fuerit; confefio eft brevis, tenetur omnia repetere, quia de fingulis poteit prudenter dubitare; quia longa, non tenetur omnia repetere; quia tanta multitudine non poteit de fingulis prudenter dubitare, fed folum confiteri debet peccatum illud in communi, dicendo: *Me accuso de peccato illo mortali, quod Confefarius non audivit;* fimiliter, fi funt aliqua non audita, quæ pariter determinate difcernere non poteit.

3175 Probatur à pari, nam ex fuperius dictis, qui fcit fe commiffiffe aliquid mortale, & non recorderat quale fuerit, tenetur illud in communi, & in genere confiteri, fimiliter, qui dubitat de aliquo mortali à commiffo, tenetur illud dubium confiteri; & deum, qui dubitat de aliquo peccato in communi, an illud confefus fuerit, tenetur illud dubium confiteri; igitur, qui fcit, vel dabitur, aliquid, vel aliqua mortalia non fuiffe à Confefario intellecta, debet illa in communi, & in genere confiteri, licet nefciat in particulari, qualia illa fuerint.

3176 Debet tamen tunc determinate materiam, quantum fieri poteit, v. g. dicendo: *Scio, vel dubito, an Confefarius audivit unum peccatum grave meum, & nefcio quale fuerit; fed tempore illo fuifcram confiteri tales, vel tales fpecies peccatorum.* Diana *p. 4. tr. 4. ref. 158.* Leand. *hic tr. 5. disp. 5. qn. 86.* Tamb. Lugo.

3177 Ad tollendos ferupulos, fciant fideles quod li ob aliquem defectum occultum contigerit aliqua eorum confefio invalida, fine eorum culpa; in fequenti confefione valida, peccata illa fuerunt indirecte abfoluta.

## DE SATISFACTIONE.

3178 **S**atisfactio Sacramentalis, eft *compensatio pœnæ temporalis debita ubi injuriam Deo illatam, confitenti in operibus paenitentibus, & laboriofis à Confefario taxatis.*

3179 Peccato enim mortali *correfpondet*

culpa, quæ eft offensa Dei, & pœna æterna; per Sacramentum penitentia: deletur tota culpa, ita ut peccator redeat in Dei amicitiam; pœna verd non remittitur tota, fed commutatur de æterna in temporalem fatifaciendam in præfenti, vel in alia vita in Purgatorio. Hanc pœnam temporalem fatifactio Sacramentalis compenfatur ultra fuas vires ex opere operato: ita ut majorem pœnam compenfet jejunium à Confefario impofitum, quam voluntarie affumpfit. Taxa autem fo- hi Deo eft nota.

3180 Satisfactio in voto, videlicet in propofito eam adimplendi, eft pars essentialis Sacramenti penitentia:, fe tenens ex parte materiz proxima; in elle autem exhibitio, feu in executione, eft pars integralis, Scotus in *4. d. 16. q. 1. litt. E.*

3181 Hinc penitens penitentiam acceptare tenetur, ita ut qui nullam acceptare vellet, non poterit abfolvi, quia non eferit difpofitus, nec verum dolorem habet. Ita com.

3182 Plures tenent cum pofse penitentiam non acceptare, & abfolvi, fi dicat velle pœnam in Purgatorio folvere. Er quamvis etiam id admittat Scotus in *4. d. 19. q. un. litt. D.* in cafu, quo alias penitens recederet depeccatus; hic tamen cafus eft metaphyficus, qui forte nunquam contingit, adeoque in praxi non eft à communi recedendum.

3183 Confefarius vero debet eife prudens in penitentia imponenda; quamvis enim proprie pro peccatis contra Deum, ut fuperbia, pro penitentia injungenda fit oratio; pro peccatis contra proximum, ut avaritia, elecmofyna; & pro peccatis contra fe ipfum, ut peccata carnis, jejunium. Confefarius tamen debet uti prudentia, ut penitentiam imponat moderatam, convenientem ftatui, & conditioni perfona:, ac penitentis fragilitati: hac ratione fape fæpius folent Confefarii pro peccatis carnis non jejunia, fed orationes injungere. Imo fi penitens roget, ut aliam penitentiam mitiorem imponat, non fit nimis rigidus Confefarius, fed libenter immutet, ante oculos habens illud Matth. 12. *Avandem quafquam non confringeret, & linum famigaos non extraheret.*

3184 Confefarium pofse penitentiam imponere liberam per modum confilii, non precepti, tenent Diana, & Bonac. hic.

3185 Probabilius tamen dico non pofse. Matheus *disp. 21. qn. 13. num. 281.* Lugo, & alii, quia Conc. Trid. *feff. 14. cap. 8. præcipit;* *Debet ergo Sacerdotes Dominis, quantum fpiritus, & prudentia fuffegerit, pro qualitate criminum, & penitentium facultate, faluta-*

*res, & convenienter fatifactiones injungere, ne fi forte peccatis conveniant, & indulgentiam cum penitentibus agant, leviffima quedam opera pro graviffimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.* Quæ verba non indicant confilium, fed preceptum.

3186 Hinc ex una parte Confefarius graviter peccat, fi fine rationabili cautia pro peccatis gravibus valde levem penitentiam imponat, v. gr. *quaque Abbe.* Rationalis cautia levem imponendi, eft extraordinaria contritio, fi penitens lucraturus fit Indulgentiam, aut jubileum, quia fatifactio fatis ultra habetur per Indulgentiam. Sequitur ex Trid. *feff. 14. cap. 8. Hoc fieri peccatorum participes, qui fine iufta causa pro gravibus peccatis leves penitentias injungunt.* Nec compenfant illa verba, *Quidquid boni fecerit, &c.* quia funt deprecativa. Bulemb. *lib. 6. tr. 4. c. 27. dub. 4. n. 2.* contra Dianam *p. 3. tr. 4. ref. 97.* qui cum aliis affirmat.

3187 Optimum tamen confilium eft, quod injungat penitenti, ut ipfe applicet merita & fatifactiones Patifionis Chriftri. Utiles penitentia funt Pfalmi Penitentiales, Litaniae Virginis, aut Sanctorum, Pfalmus Miferere: v. *pag. 8. prop. 21.* ab Alex. VIII. damn.

3188 Ex alia parte, penitens graviter peccat, fi penitentiam pro peccato mortali impofitam non adimpleat, aut diu ex negligentia differat. Si Confefarius præfixit jejunium, v. gr. jejunium Feria 6. Communionem die Dominico, tunc implere debet: facilius tamen poteit à mortali excufari dilatio ad paucos dies. Si non præfixit tempus: Diana *p. 10. tr. 12. ref. 41.* Leander *hic tr. 5. disp. 9. qu. 89.* Escobar, Henriquez, Fernandez, & alii tenent pofse fine mortali differri ad unum annum: quia ficut confefio ab Ecclefia præcepta poteit differri ad unum annum; ita fatifactio à Confefario impofita. Pœna tamen adimplendam eife, quamprimum compoteit, ut de voto *2nu. 1841. ad 1847.* Certum tamen eft, quod non tenetur quis penitentiam implere ante abfolutionem, aut communionem: v. in *pag. 8. prop. 16. & 17.* ab Alex. VIII. damn.

3189 Non peccat graviter, fi omittat penitentiam pro venialibus; aut mortalibus alias confefis impofitam; nec fi de impofita pro mortalibus partem levem omittat: v. *n. 426.*

3190 Qui penitentiam adimplet in ftatu peccati mortalis, non invalidat, aut illicitat confefionem præteritam, quia confefio præfens non vitatur per mortale futurum.

Item satisfacit præcepto; sed non recipit fructum, nempe effectum remissionis peccati; illum tamen recipit postea recedente hitione, quando scilicet evadit in gratiam; quia satisfactio suam effectum dat ex opere operato, nempe ex Sacramento, quod est vivum; adeoque licet satisfactio per mortalem fuerit mortificata, reviviscit recedente peccato.

3191 Sic exemplum de operibus mortuis & mortificatis: *Opera mortua* sunt illa opera bona, quæ sunt facta in peccato mortali, quod est mors animæ; & hæc quia fuerunt nata mortua, non reviviscunt: *Opera mortificata* sunt opera bona, quæ fuerunt facta in gratia, quæ est vita spiritualis animæ; quæ accedente peccato mortali, evadunt mortificata, quatenus flante societate peccati mortalis non retinent rationem meriti ad vitam æternam; recedente vero mortali, & redeunte gratia per penitentiam, reviviscunt in ratione meriti, ex eo quia fuerunt nata viva: hinc sunt veris.

*Illæ reviviscunt, quæ mortificata fuerunt. Vivere non possunt, quæ mortua nata fuerunt.*

Opera autem bona, quæ fuerunt nata mortua, licet non sint meritoria in ordine ad vitam æternam, nec per subsequentem penitentiam reviviscunt, profunt ad alios effectus, omnium ad obtinenda bona temporalia, ad humiliationem, & ad vitanda graviora tormenta in inferno, & juxta verus Glossæ:

*Quæ cum mortali bona fuerint, dant bona terra, Cor faciunt humile, & minuant tormenta gehennæ.*

3192 Potest pro penitentia imponi opus alias debitum ex præcepto, voto, &c. ver. gr. jejunium in Quadragesima. *Matris disp. 11. q. 9. ff. 11. num. 272.* Aretinus, Poncius, & alii Scotistæ, Lugo, Amicus, Averla, & quamplures. 1. Quia opus per præceptum rationem liberi & meriti non amittit; sic nec rationem satisfactiois. 2. Quia opus alias præceptum potest elevari per claves ad effectum satisfactiois ex opere operato. 3. Quia licet nemo possit per unicum solutio nem duobus debitis satisfacere (quæ est ratio opinionis negativæ) hoc est verum ex natura rei, minime ex gratia, & benignitate creditoris unam solutio nem pro duobus debitis accipiens, cuiusmodi est Deus; ex Trid. enim sess. 14. cap. 9. habetur: *Docet præterea, ut non solum peccatis, sed etiam temporalibus flagellis à Deo inflicti, & à nobis patienter tolerentur, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.* Et tamen Deus illa dat in peccatum, juxta illud, *Propter peccata veniunt diversa.* Tum quia id est verum in materia utilitatis; at extra materiam iustitiæ, duabus obligationibus satisfieri, nihil obstat, ait Gobar tom. 3. de voto n. 241.

3193 Qui tamen tale opus, v. gr. jejunium diei Quadragesimæ omittit, debet utriusque præcepti circumstantiam in confessione aperire, non præcise quia contra duo præcepta peccat, sed quia contraheret duas malitias specie distinctas, ab ipsis præceptis intentas: præceptum enim Ecclesiæ intendit obedientiam, seu temperantiam; præceptum vero Confessarii satisfactioem, & sic iustitiam: v. n. 3135.

3194 Hæc dicta volo, quantum ad id, quod fieri potest; regulariter enim non debet imponi pro penitentia opus alias debitum. Imo nec penitens potest satisfacere per opus alias debitum, si Confessarius id non exprimit.

3195 Potest imponi penitentia applicanda pro animabus Purgatorii. Tamb in *mech. conf. pag. 406. nu. 16.* Lugo, & alii, quia penitentia habet rationem satisfactiois ex duplici capite. 1. Quantum est ex parte operantis, & hæc prodest animabus. 2. Quantum est ex opere operato, & hæc prodest soli ipsi penitenti; nam est personalis ex institutione Christi, & consequenter penitens non frustratur satisfactioe.

3196 Penitens tenetur per seipsum penitentiam implere, itaut nec auctoritate propria, nec Sacerdotis, possit eam alteri committere. *Matris disp. 21. q. 11. n. 287.* Bonac. Lugo. Et quidem, quod non possit id alteri committere auctoritate propria, probatur, quia licet alias possit pro eo satisfacere ex opere operantis, ipse tamen, nec alius, potest opus illud elevare ad vim satisfactiois ex opere operato; hoc nanque spectat ad virtutem clavium, nempe ad ipsum Confessarium hæc ratio non potest ipse penitens penitentiam sibi etiam in melius immutare: v. in *pag. 2. prop. 15. ab Al. ex. VII. dam.*

3197 Nec id potest auctoritate Sacerdotis; quia tres actus contrarii, confessio, & satisfactio, sunt materia proxima, quatenus sunt in penitente: constat ex Trid. sess. 23. cap. 3. *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius penitentis actus, nempe, contritio, confessio, satisfactio, qui quatenus in penitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur, hæc ratione penitentis partes dicuntur.*

3198 Præceptum igitur satisfactiois est personale, non minus quam præceptum jejunii

facere valeamus. Et tamen Deus illa dat in peccatum, juxta illud, *Propter peccata veniunt diversa.* Tum quia id est verum in materia utilitatis; at extra materiam iustitiæ, duabus obligationibus satisfieri, nihil obstat, ait Gobar tom. 3. de voto n. 241.

3193 Qui tamen tale opus, v. gr. jejunium diei Quadragesimæ omittit, debet utriusque præcepti circumstantiam in confessione aperire, non præcise quia contra duo præcepta peccat, sed quia contraheret duas malitias specie distinctas, ab ipsis præceptis intentas: præceptum enim Ecclesiæ intendit obedientiam, seu temperantiam; præceptum vero Confessarii satisfactioem, & sic iustitiam: v. n. 3135.

3194 Hæc dicta volo, quantum ad id, quod fieri potest; regulariter enim non debet imponi pro penitentia opus alias debitum. Imo nec penitens potest satisfacere per opus alias debitum, si Confessarius id non exprimit.

3195 Potest imponi penitentia applicanda pro animabus Purgatorii. Tamb in *mech. conf. pag. 406. nu. 16.* Lugo, & alii, quia penitentia habet rationem satisfactiois ex duplici capite. 1. Quantum est ex parte operantis, & hæc prodest animabus. 2. Quantum est ex opere operato, & hæc prodest soli ipsi penitenti; nam est personalis ex institutione Christi, & consequenter penitens non frustratur satisfactioe.

3196 Penitens tenetur per seipsum penitentiam implere, itaut nec auctoritate propria, nec Sacerdotis, possit eam alteri committere. *Matris disp. 21. q. 11. n. 287.* Bonac. Lugo. Et quidem, quod non possit id alteri committere auctoritate propria, probatur, quia licet alias possit pro eo satisfacere ex opere operantis, ipse tamen, nec alius, potest opus illud elevare ad vim satisfactiois ex opere operato; hoc nanque spectat ad virtutem clavium, nempe ad ipsum Confessarium hæc ratio non potest ipse penitens penitentiam sibi etiam in melius immutare: v. in *pag. 2. prop. 15. ab Al. ex. VII. dam.*

3197 Nec id potest auctoritate Sacerdotis; quia tres actus contrarii, confessio, & satisfactio, sunt materia proxima, quatenus sunt in penitente: constat ex Trid. sess. 23. cap. 3. *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius penitentis actus, nempe, contritio, confessio, satisfactio, qui quatenus in penitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur, hæc ratione penitentis partes dicuntur.*

3198 Præceptum igitur satisfactiois est personale, non minus quam præceptum jejunii

audiendi Missam, &c. eo maxime quia penitens pro penitentiam puniatur, & curatur; adeoque ille, & non alius, debet medelam sumere, & penam subire.

## COMMUTATIO PENITENTIAE.

3199 Penitentiam ab alio Confessario impositam potest alius in benigniorem commutare; non solum si sit pure vindicativa, & satisfactiva; sed etiam si sit medicinalis, & præservativa; quæ secundus Confessarius se habet ut succesor prioris in eodem Tribunali, tam ut Iudex, quam ut medicus.

3200 Si posterior Confessarius non sit æqualis, sed inferior, potest penitentiam à Superiore impositam pro non reservatis commutare; minime, si pro reservatis, quia sicut in revata non habet jurisdictionem, ita non potest de illius iudicium efformare, imponendo penam; bene vero pro non reservatis, quia quoad illa est æqualis.

3201 *Commutatio penitentia*, si fiat ab eodem Confessario, fieri potest extra Confessionem, insequo habet notitiam confusam peccatorum; quæ commutatio, & satisfactio est sacramentalis, quia Confessarius ex percho iudicio virtualiter retinet potestatem penam mitigandi, & commutandi ad petitionem, & preces ipsius penitentis. Quod si sit omnino oblitus, potest penitens rememorare in confuso. Imo ex penitentia data potest faciliter expertus Confessarius istam penitentiam dignoscere.

3202 Si autem fiat ab alio Confessario, certum est, quod fieri debeat in Confessione, alias satisfactio non est sacramentalis.

3203 Difficultas tamen est, an in nova confessione possit penitentia commutari, non auditis peccatis præteritis, ob quæ fuit imposita.

Afferat Diana p. 2. r. 15. ref. 53. Tamb in *mech. conf. pag. 408. n. 22.* Nav. Tol. & alii, quia posterior Confessarius, cum sit Iudex, & medicus, potest de tota causa juxta præsentem penitentis dispositionem iudicare. Idem tenet Joseph de Augusti. de eo, qui est oblitus penitentia injunctæ, nimirum, quod possit Confessarius novam imponere juxta præsentem penitentiam istam.

3204 Dico probabilius, quod non possit, non auditis saltem in confuso peccatis prioribus, *Matris disp. 21. q. 11. nu. 195.* Fillius. Lugo, & alii, quia Iudex non potest fere sententiam, nisi cognita causa, & in nova confessione, licet cognoscatur causam præteritam, non cognoscitur causam præteritam; igitur non potest disponere de sententia præterita, nisi notitiam saltem in confuso habeat causæ præterite. Poterit tamen aliquando Confessarius expertus, ex ipsa penitentia

penitentia præterita, causam præteritam in confuso cognoscere.

3205 Non placet Arid. in tom. 2. pag. 239. nu. 10. dicens, quod oblitus penitentia, aut factus impotens ad illam implendam, non teneatur ejus loco ad aliam; quia penitentia imponitur in satisfactioem, & est pars integralis Sacramenti, adeoque non tenet partem de alius præceptis, v. g. Missæ, jejunii, & voti. Teneatur igitur aliam à Confessario petere: v. in *38. ad 1847.*

## DE SIGILLO.

3206 Sigillum Sacramentale est obligatio servandi secretum in omnibus, quæ in ordine ad absolutionem Sacramentalem Confessario aperitur. Obligat iure naturali, divino, & humano, & tam arcte, ut in nullo casu, etiam si salus propria vitæ, imo totius mundi inde penderet, liceat illud frangere, sive directe, sive indirecte.

3207 Ut peccata sub sigillo Sacramenti cadant, requiritur, quod penitens ca aperuerit per Confessionem Sacramentalem, nempe animo te accusandi, & absolutionem recipiendi; secus, si ea aperiat alio fine, etiam si flexibus genibus dicat: *Hoc tibi dico sub sigillo Confessionis: v. n. 2370. & tom. 2. n. 59. pag. 505.*

3208 Sub sigillo Sacramentali cadunt omnia peccata, etiam publica, & circumstantiæ, etiam impertinentes, ignorantur dicte, tam ipsius penitentis, quam complicit, & defectus naturales etiam ignorant manifestati, qui confessionem aliquo modo obfusa reddere possent, v. g. quod penitens sit illegitimus, &c. quia sigillum Sacramentale obligat ad occultandum omne id, quod confessionem odiosam reddere possent.

3209 *Aliæ vero conditiones, seu qualitates penitentis, quæ non sunt peccata, nec defectus morales, civiles, vel naturales, quæ non reddunt penitentem vilem, seu minoris existimationis, etiam si in confessione sint cognita, ad confessionis sigillum non obligant, nisi sub sigillo dicantur, & præscribantur, quia non præsumuntur dici ut secreta naturalia, neque reddunt Sacramentum odiosum, sic pariter opera omnia, & virtutes ipsius penitentis.* Ita *Matris disp. 21. q. 10. n. 253.*

3210 Non violat sigillum Confessarius, si peccatum aliquod auditum referat, ita tamen ut locum modo ventri posuit in notitiam personæ; nec aliqua communitas infamari. At in hac re debet esse maxime cautus Confessarius, ut non loquatur de peccato proxime audito, nec in loco, ubi est auditus; quia saepe adfantes veniunt in notitiam personæ, quia forte alius audierunt, aut sunt suspicati.

3211 Violat sigillum Confessarius, si dicat in genere, Titium esse Confessum mortale, aut

aut veniale in specie, v. gr. mendacium. Minime, si dicat in genere esse confessum veniale, aut esse bene confessum; quia Confessio non fit nisi de peccatis, & absolutio non datur nisi pro peccatis.

3212 Si penitent ob indispositionem non absolutus petat cum aliis schedulam in testimonium facte Confessionis, tenetur Confessarius eam illi tradere, alias indirecte Confessionem revelaret. At si ille mere fide ad Confessionem accessit, nimis ad vitandam infamiam, &c. Confessarius esset certus, quod idem ad Communionem accederet, deberet schedulam negare, quia ex una parte Confessio illa non est sacramentalis, ex utraque ex alia cooperaretur simulationi ad Communionem sacrilegam. Ita fere Ardekin 20. 2. pag. 236. nu. 7. v. n. 2733.

3213 Violat sigillum, si penitentiam pro mortali imponi solitam revelet, v. gr. Palamos Penitentiales, coronam, &c.

3214 Non violat sigillum, si revelet penitentiam pro veniali imponi solitam; puta unum Pater, & Ave, Clericatus c. 125. num. 8. Idem Diana p. 5. r. 11. ref. 21. tenet, si unum Miserere, aut quique Pater, & Ave; quia non indicat nisi Confessionem venialium.

3215 Violat vero, si dicat Superiori in tali domo a se saepe postulari facultatem pro reservatis, Clericatus cit. n. 13.

3216 Qui nu. 15. rite tenet, violare sigillum Confessariorum, si dicat: *Non absolvi Tirium.*

(Nisi addatur causa, quae excludat omnem manifestationem, seu suspicionem peccati; puta quia materiam non reperit, vel tempus non habuit suam explendi Confessionem: quamvis etiam in his, & similibus locutionibus sit parca os aperientium, & cum magna cautela, Cotton. n. 29. & 30. Ubi etiam notat, non esse licitum dicere de peccato peccatore: Confessus est mihi suam peccatum.)

3217 Si contingat, Confessariorum proprium peccatum confiteri non posse, nisi revelet alterius peccatum in Confessione auditorum, suum reticere tenetur; quia preceptum sigilli sacramentalis strictius obligat, quam preceptum confitendi omnia mortalia, hoc enim solum est affirmativum, illud negativum. Ita Ardekin, tom. 2. pag. 236. numer. 11. Id tamen longe prius docuit Scotus in 4. d. 12. q. 2. litt. M. ver. *Ad aliud dico.*

3218 Confessariorum, qui in Confessione ex socio conspirationis novit sibi invidias parari, posse se continere domi, divertere ad silva, &c. quia id non est revelativum Confessionis, sed indifferens ad peccatum confessum, vel non confessum, cum aequè potest: ha-

beri, si peccatum non esset confessum, tenetur Scotus in 4. d. 21. q. 2. litt. M. Tambur. in meth. conf. p. 412. cap. 6. num. 5. Bonac. Fenech. Ardekin in tom. 2. pag. 237. qui hanc addit rationem. Quia fuga haec per se nullam peccatum manifestat, sed solum peccati Confessionem, quoniam peccatum socii illi antea cognitum habuerunt, Leander hic tract. 5. dist. 10. q. 68. & 69. Bulemb. lib. 6. r. 4. cap. 3. dub. 1. n. 5. addit: *Ad sui ipsius gubernationem licere tali casu ea scientia uti, videri propabilis, v. g. abstinendo a calice, in quo scitur esse venenum, desistendo ad silva, in qua paratam sibi mortem sciat ex unius latronis Confessione, docent Sylv. Henric. Coninch. Laym. & quamvis Lugo id neget in casu, quo inde ex locus sequatur damnium penitentis; etiam in hoc casu concedit Coninch. cum aliis, quia damnium per accidens sequitur: v. tom. 3. n. 265.*

3219 Diana vero part. 5. tract. 11. ref. 46. cum Ricardio, Nav. Suarez, & Soro, recte, & clarior rem distinguit: videlicet, si in calibus praedictis, & similibus, ex diversione, & fuga Sacerdotis ob propriam vitam servandam, sequeretur aliqua suspicio apud alios de peccato confesso, aut periculum damni penitentis, tunc non posse Sacerdotem se divertere, etiam si sit in mortali; sed de contritione profusum teneri ingredi silvam, vinum venenatum in Altari sumere, & Deo se commendare; quia sigillum sacramentale ob bonum fidelium, & reverentiam Sacramenti, fortius obligat, quam salus totius mundi, & multo magis quam propria vita servanda: quae suspicio facillime contingeret, quia socii conspirationis, videntes Sacerdotem post auditam Confessionem complices, se divertere ab itinere certe assumpto, &c. iam suspicarentur de delicto conspirationis confesso, & possent in focum reverti; tunc enim discedit, & fuga, licet non sit ex natura sua manifestativa sigilli, talis est hic & nunc ex circumstantiis.

3220 Si autem contingat, quod circumstantiae sint tales, ut ex diversione, & fuga, nulla directe aut indirecte oriatur suspicio peccati Confessionis, v. g. quatenus socii complices consentient non viderunt, &c. tunc Sacerdotem ob vitam servandam posse licite se divertere.

3221 Confessarius nullo pacto uti potest notitia habitata in Confessione, pro externo aliorum regimine, administratione Sacramentorum, &c.

3222 Hinc non potest Sacerdos negare Eucharistiam, Matrimonium, suffragium, &c. ei, quem ex Confessione scit esse indignum, impeditum, &c. Nec Abbas Monachum, quem

ex

ex Confessione scit esse concubinarium, & loco aut officio removere potest. Ita Scotus in 4. d. 41. q. 2. litt. N. Ubi hoc notabile documentum affert:

3223 Si dicas: Non apponit remedium ad salutem eius suae; Respondeo: Consultat sibi in foro penitentiae meliori modo, quo poterit, ut illum locum sibi periculosum dimittat; si noluerit, non attendit esse Deum, sed defectus occultos, si si se audentem iustitiam incorrigibiles, Dei correctioni dimittat.

3224 Hinc Clemens VII. Decr. de anno 1591. die 26. Martii generaliter prohibuit huiusmodi notitiam ulum: *Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorum gubernationem utantur.*

3225 Quo non obstante Decreto, Tambur. in Meth. Conf. pag. 412. §. 2. & Matrus in Theol. mor. dist. 21. q. 10. art. 2. duplicis generis distinguit auctus. 1. Qui versantur circa personam penitentis, ut eum punire, de loco remove, ei suffragium, aut communionem negare, &c. 2. Qui non exercentur circa personam penitentis, sed sunt illi extrinseci, v. gr. sermo non tradere clavem arcae, Superiorem claudere fores, unde scit subditum nocte exire, &c. Quia praemissa distinctione, tenet in Decreto comprehendi auctus primi, non secundi generis, quia per hos nihil in exteriori gubernatione contra personas singulares decernitur. Et illi contra personas singulares decernitur. Et illi Superior utitur ob bonum proprium, vel aliter penitentis, vel ob scandalum vitetur, ita tamen ut nec directe, nec indirecte sigillum violetur; alioquin sciens ex unius complices Confessione, se fore occidendum, non posset de domi continere, etiam si inde nulla sequeretur suspicio peccati confessi. Ita illi, & Matrus pro se citat Dav. Thom. hic qu. 11. art. 1. ad 3. Div. Bonavent. d. 12. p. 2. qu. 1. & Scotum in 4. d. 21. quest. 2. §. ad argumentum.

3226 Caeterum novissime adesse Decretum S. Inquis. Univ. Rom. de anno 1683. prohibens, *Ne quis publice, aut privatim doceat, aut defendat, licere uti scientia ex Confessione acquisita cum gravamine penitentis, quamvis secluseretur quocunque ejus revelatio, & quamvis multo magis gravamen ejusdem penitentis ex non usu sequeretur, mandans etiam universis Sacramenti penitentiae ministris, ut ad tali doctrinam in proxim deducenda profus abstantur;* apud Ardekin tom. 2. pag. 238. & Fenech. de sigillo.

3227 Pro externa igitur subditorum gubernatione, Superior super peccato ex Confessione cognito ita se gerere debet, ut si nunquam illud audivisset; ac proinde habeat in mente dictum Scoti: *Non attendit esse Deum.*

3228 Non potest Superior ex notitia peccati in Confessione habitata, inquirere media ad illum sciendum extra Confessionem; ad finem sic puniendi subditum, aut alium actum circa personam penitentis exercentium; quae ex hoc maxime odiosum redderetur Sacramentum penitentiae; nedum ipsi penitenti; verum etiam ceteris fidelibus, si scirent; Confessariorum ex notitia Confessionis habere jus expiandi eandem notitiam extra Confessionem, & inde actiones contra eorum personas patrandi.

3229 Confessarius, non obstante Confessione, potest uti notitia peccati, quam alunde habet, dummodo eam nullo modo pro notitiam Confessionis adjuvet, & absit scandalum; quia non utitur notitia sacramentali.

3230 Confessarius, si ex complicitate Confessionis sciat penitentis peccatum, quod ipse non confitetur, non potest ipsum de eo speciatim interrogare, sed solum in genere, an habeat aliud peccatum, quod confitatur; quod si neget, eum tenetur absolvere, si alias impeditum non veniat.

3231 Si illud sciat extra Confessionem ex auditu fide digni, tenetur eum interrogare in specie: quod si neget, debet pariter eum absolvere, quia pariter potest illud cum alio Confessario esse confessum, vel relatorum deceptum esse; quia in penitentia foro credendum est penitentis, sicut contra se, ita & pro se. Si tamen illud certo confiter Confessario, quatenus v. grat. furantem, blasphemantem, &c. vidit, & certo sciat non esse cum alio confessum, tunc si neget, eum absolvere non debet, utpote indispositionem, Ardekin tom. 2. pag. 237.

3232 Nullo pacto licet Confessario loqui cum penitente de peccatis in Confessione auditis; quia ruborem affert, & reddit odiosum Confessionem: licet autem de ipsius penitentis licentia, quam concedere censetur, si ipse prior de illis loqui incipiat.

3233 Si Confessarius in Confessione gravem errorem commisit, qui pendat in futurum, v. gr. quia bona fide consulti contractum, quem postea usurarium reperit, tenetur petere ad penitentem licentiam loquendi de materia Confessionis praeterita ad salutem animae illius pertinente. Si penitens neget, & probabilius est, quod possit de peccato, & te

Y 4 10

loqui, ac errorem corrigere. 1. Quia tunc proprie non loquitur extra Confessionem, sed perficit eam, que incubata, & imperfecta erat. 2. Quia in casu mali consilii, nil loquitur de Confessione preterita, sed suum consilium male datum revocat, Ardekin tom. 2. pag. 376. num. 13. & Fenech. Quod si penitens audire non velit, debet Confessarius eum monere, quod sit in malo statu, denegando licentiam, & recusando audire.

3214 Si penitens, ob aliquem bonum finem, ver. grat. ad Consilium a doctiori petendum, an malum aliquod avertendum, &c. licentiam det Confessario, de proprio peccato, aut alia re confessionis cum alio loquendi, potest Confessarius sine fractione figilli, cum eo loqui, sed non cum altero, ad quem licentia non fuit concessa; quia id, quod penitens potest facere perse, potest per alium facere, nec Confessio odiosa redditur; licentia autem debet esse expressa, & nullo modo sufficit presumpta, quia talis presumptio est odiosa, aut periculosa; imo tunc peccatum manifestare debet, de quo consilium petit, non peccatorum.

3235 Dixi, ob aliquem bonum finem; quia ut rite advertit Scotus in 4. d. 21. q. 2. lit. L. jus sigilli Sacramentalis non est tantum ipsius confitentis, sed etiam totius communitatis fidei, que alias maxime perturbaretur, & ipse Sacramenti, cui ipse penitens renunciare non potest; ac proinde non potest penitens ex lubricitate, & levitate licentiam Confessario dare de re ad confessionem pertinente loquendi, nec Confessarius ea uti debet sine magna Sacramenti irreverentia.

3226 Ille vero, qui Confessarius peccatum de penitentis licentia manifestavit, est consilium, aut aliam causam ad abolitionem Sacramentalis spectantem, ad sigillum Sacramentalis tenetur, quia est notitia ex Confessione orta, & ad Confessionem ordinata, Ardekin cir. pag. 227. n. 15.

3227 Ad sigillum Sacramentalis tenetur ultra Confessarium, interpres ille, quem Confessarius super re Confessionis consuluit; laicus, qui Sacerdotem se fingens, Confessionem excipit, aut qui casualiter peccatum confitentis audivit; item ille, cui Confessarius sacrilege revelavit peccatum. Ita Scotus in 4. d. 11. q. 2. lit. N. L. qui advertit praefatos praeter Confessarium teneri sigillo Sacramentali, ita ut sacrilegium contra Sacramenti reverentiam committant, si de eo peccato loquantur, quatenus ad eos notitia ex Sacramento parvenit; non tamen cum eodem rigore, quia non subjacent penis Canonice, quibus ipsi Confessarii subdun-

tur; que in cap. omnis usque sexus de penit. & remis. sunt depositio & perpetua penitentia in archo Monasterio luenda.

3238 Penitens non tenetur ad sigillum Sacramentalis, tenetur vero ad secretum naturale, quoad ea, ex quorum manifestatione sequeretur gravis infamia sui, aut Confessarii. Omnino vide casum n. 2930.

## CAPUT V.

## De Ministro Sacr. Parit.

3239 **M**inister hujus Sacramenti est solus Sacerdos. In eo, ut valide absolvat, requiritur intentio, potestas Ordinis, & jurisdictionis. Potestas Ordinis dicitur potestas remota, potestas vero jurisdictionis potestas proxima, quatenus Sacerdos vi ordinationis accipit a Christo potestatem ad absolvendum, sed non accipit subditos. Unde jurisdictione Confessarii Est jus in subditos ad exercendam potestatem absolventi, quam ex vi ordinis Sacerdos habet. Hinc absolutio a Sacerdote data sine jurisdictione, est nulla, ex Trident. sess. 14. capit. 7. Quia Sacramentum penitentiae est actus iudicis, qui, si exerceatur in non subditum, est nullus: vid. numero 3285.

3240 Hinc fit, quod simplex Sacerdos non approbatus non possit valide absolvere a venialibus, aut mortalibus alias confessis. Ita Martius disp. 21. qu. 8. num. 202. Faber Brancatus, & Scottus; quia licet materia sit libera, absolutio est sententia, & actus iudicis, qui in non subditum est nullus. Unde opposita opinionis usus fuit prohibitus ab Innoc. XI. ut in nu. 2935.

3241 Jurisdictio est triplex, ordinaria, delegata, & ex concessione juris.

Ordinaria, habetur ratione officii: eam habet Summus Pontifex in omnes Christi fideles, Episcopus, & eius Vicarius in omnes ad suam dioccesim pertinentes, Parochus in suos Parochianos, & Penitales Regulares in fuos subditos; tales sunt Generales, Provinciales, Priores, & Guardiani, qui quidem alia approbatione non indigent, ut suorum subditorum Confessiones excipiant, quia tam ex iure communi, quam ex statuto nostro Ordinis, sunt proprii Sacerdotes.

Parochus relictus Parochia indiget approbatione, Sieri de penit. n. 757. cum com. quia tunc cessat officium Parochiale, ratione cuius competit potestas ordinaria.

3242 Delegata, que non ex vi officii, sed

ex concessione Ordinarii Sacerdoti communicatur.

3243 Parochus, non obtinens Beneficium, cui est annexa cura animarum, non indiget alia approbatione; bene vero, si officium, vel Beneficium relinquat, Ardekin tom. 2. pag. 207. num. 2.

3244 Ex concessione juris, competit habentibus jus vel privilegium eligendi pro se Confessarium non approbatum. Tales sunt Cardinales, & Episcopi.

Item Praelati Religionum, videlicet Generales, Provinciales, Commissarii, & Procuratores Curiae Romanae, & Vicarii Conventuum in Capite, qui gubernant in Capite, hoc est, qui gubernant in absentia, aut morte Superioris localis, Melphi in Comm. c. 7. stat. 1. qu. 1. & 7. Praefati Confessarium eligere possunt non solum in Conventu, sed etiam extra, sicut etiam extra possunt suorum subditorum confessiones audire; quia privilegium est personale, non locale. De Episcopis alio modo discurrit Diana p. 3. tr. 2. ref. 3. contra Villalobos in sum. tom. 1. rr. 9. diff. 15. n. 4.

Parochi, aut qui Beneficium Curatum habent, non possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: quia non sunt Praelati: v. in pag. 2. Prop. 16 ab Alex. VII. damn. Et n. 3275.

3245 In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos, non approbatus, imo excommunicatus vitandus, haereticus, &c. si non sit alius promissus, potest quoslibet fideles a quibusvis casibus & censuris etiam reservatis absolvere, ex Trident. sess. 14. . . . 7. quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Trident. nullum excipit Sacerdotem, sed ample loquitur: Veruntamen pie admodum, ne hoc ipsa occasione aliquis peccet, in eadem Ecclesia Dei custodiam semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet penitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt.

Hinc pro tali casu Ecclesia dat jurisdictionem, & tollit omne impedimentum Canonicum ex parte Sacerdotis: vide tom. 3. numero 171.

3246 Quamplures Doctores, Diana, Lugo, Ponticus, Faber, & alii apud Matrimonium disp. 21. qu. 8. nu. 203. tite sub articulo mortis etiam comprehendunt periculum probabile mortis, cum hoc solo discrimine, ut in periculo mortis Sacerdos absolvere possit directe a quibusvis peccatis, etiam reservatis; a censuris vero reservatis non nisi sub conditione, ut periculo alapsi coram Superiore se praesentet, nedum

pro satisfactioe, & ut stet ejus mandatis, sed etiam pro abolitione: v. n. 3355. Et 3359.

3247 Articulus mortis proprie est tempus illud, quo mors certo inflat de proximo, & est inevitabilis.

3248 Periculum probabile mortis est illud, in quo inflat certo, sed ex saepe contingentibus probabiliter timetur mors; tale est in eis, qui periculum, aut periculosam & longam navigationem proxime jam aggressuri: v. n. 3357.

## JURISDICTIO DELEGATA

3249 **N**on confertur, nisi aliquo signo externo, quia Sacramentum est signum sensibile externum. Sufficit tamen quodcumque, quod revera, & iudicio prudenti, in talibus circumstantiis indicet intentionem conferentis jurisdictionem.

3250 Unde non est necesse, quod fiat per litteras; adeoque qui sunt ab Ordinario re tenus designatus Confessarius, valide absolvit, antequam expendantur Litterae, nisi Ordinarius expresserit, se nolle jurisdictionem conferre, nisi expeditis litteris; Diana p. 1. tr. 14. ref. 45. Sieri de penit. nu. 699. Leander de penit. disp. 11. q. 80.

3251 Item Ordinarius si videns Sacerdotem, non designatum audientem Confessiones in circumstantiis, in quibus posset commode impedire, non impedit, censetur jurisdictionem illi conferre; in ordine tamen ad Confessionem illam, minime ad alias in futurum, & Sieri cir. nu. 697. ex Gobat. tr. 7. num. 8. & Leander cir. q. 94. Nam (ut doctè ponderat) sumus in materia, in qua iudicium prudentum facit intrinsecam rationem.

3252 Et convincit à pari; nam (sicuti in sententia omnium, ut testatur Nav. in sum. c. 12. nu. 58. est sufficiens signum externum voluntatum celebrantium ipsa fialia, si contrahentibus parentibus, filii silent, cum facile si vellet, reclamare possent, cum non erit sufficiens signum externum consuetudinis Episcopi, qui cum possit impedire, filiet?)

Idem tenet in istem circumstantiis, si Episcopus non videat, sed certo sciat, cum eadem sit ratio.

3253 Hic tamen Confessarius à principio confessionis excipere sine jurisdictione. Ad hoc penitens, detecto errore, tenetur peccata illa priora repetere, & sufficere de illis se accusare in genere, si hoc fiat in eadem confessione, & cum eodem Confessario, dicendo: Me accuso de omnibus peccatis, que jam manifestavi.

Non